# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Historiae evangeliae libri quattuor - Cod. Aug. perg. 217


**Iuvencus, Gaius Vettius Aquilinus**



**[S.l.], [9./10. Jahrh.]**


Iuvencus


urn:nbn:de:bsz:31-67026



Visual Library

prouenit tamen his satias potusque ubique.
Non nedum maior est hominum curatio cordi:
Nec dignum fuerat uestris suspendere curam
Pectoribus nostris. non sic cubitalia possent
In sese menta suis homines inponere membris.
Cernite perpingues agros. uti lilia fulgent
Non illis tamen his umquam incubuere ligones.
Nec salamonia illum cum regni diuitis aula
Affluerit talis contigerit gratia uester.
Quod si pratorum fructicumque uirentia laeta
Ipse deus uestit. cras obnoxia flammis.
Cur uobis potior non est fiducia patris.
Ergo cibum potum uestemque et inania cuncta
Gentibus infidis terrenarum linquite curarum.
Uos potius digne celestia querite regna.
Iustitiam que dei spontanea cetera current.
Crastina nec uobis curetur copia rerum.
Quisque dies sibimet satis est pro fraude diurna
Iudicium uestrum fugiat damnatio saeua.
Nam domini iussis uestri documenta sequetur.
Que uos in terris statuetis tempore uitae
Haec eadem uobis genitor seruabit in aethra.
Mensuram tibi qua ponis potare necesse est
Cernis adherentem festucam in lumine fratris
Nec tamen in proprio tignum consistere sentis.
Atque oculum prius alterius purgare laboras.
Eripe sed proprio fallax de lumine tignum.
Tunc minimam alterius curabis demere aristam
Nec canibus sanctum dederitis neue uelitis
Turpiter inmundis iactare monilia porcis.
Namque illa in ceno pedibus subiecta iacebunt
Conuersique sues uastos uos uulnere rumpent
Poscenti dabitur querens inuenta tenebit.
pulsantique aditus foris pandetur apertus.
Uos homines natis panem poscentibus omnes
Non lapidem dabitis. piscem uel poscentibus anguem
Uos in quam rigidi quibus alte est insita cordis
Duritiae uestris dabitis semper bona natis.
Indulgens hominum genitor bona multa digne
Quam prestare magis gaudet poscentibus equis.
Quaeque petitis uobis hominum benefacta uenire

Hęc eadem uestro cunctis prestate fauore.
Hęc legis summa est: hoc ius dixere prophetę.
Ite per angustam iusti supra sidera portam.
Quam lata & speciosa uia est. quę limite leuo
Preruptum conuoluit iter caligine mortis.
Innumereque illam penetrant per prona cateruę.
Uitalis uastis stipatur semita saxis.
Celsaque uix paucos ducit per scrupea uirtus.
At siquos nimium fallax inlexque malorum
Planities suasit. deformi lubrica lapsu
Arripit hos pronosque trahit uelut impetus amnis.
Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis.
Aut rectoris egens uentosa per equora puppis.
Obseruate & illos falso qui nomine uobis
Insidias faciunt. appellanturque prophetę.
Hos ouium species uestit: sed saeua luporum
Pectora fraude tegunt. laceratque incauta trahentes:
Fructibus e propriis noscuntur talia monstra.
Quemque parat finem fallax doctrina uidendum est.
Nam neque de tribulis ficus nec sentibus uuas
Prouenisse umquam ruris per terga notastis.
Utque arbor proprio uestitur germine pomi.
Sic dolus illorum fructu monstrante patescit.
Non ego palpantum (adulantium) uerbis & honore mouebor.
Nec me quod dominum pre blanda adulatio dicet.
Premia celestis capiet spontanea sedis.
Illi sed merito gaudebunt munere regni.
Qui faciant nostri genitoris iussa uolentes.
Adueniet mox summa dies. qua iure seuero
Premia iustitiae tribuet. scelerique gehennam.
Tum mihi multorum clamabit talia fletus.
Nonne tuo quondam magne sub nomine nobis
Uirtutes scis domuerunt. omnia iussis.
Sepe etiam nostra est uox adnumerata prophetis.
Seruiuntque tuo nobis sub nomine demon.
Tunc iurabo illis quod talis cognita numquam
Uita mihi hominum. gestisque sordet iniquis.
Quisque meis monitis auresque & facta dicabit.
Hunc aequabo uiro solidis fundamina saxis
Ponenti. librata super cui moenia surgunt.
Illa domus pluuiis uentisque inlesa manebit.
Torrentumque minas firmato robore uincet.

Agmina credentum! seuus quos decipit error.
Qa ppt rerum mollitio pspiciatur

Herent inmotae quoniam fundamina petre.
Qui vero auditu temnit mea iussa tenebit.
Diversisque procul factis per lubrica perget.
Hunc similem faciam volucri qui fulcit harenae. instabili
Fundamenta domus. primo cui flamina venti
Et pluviae effusis coepit incumbere rivis.
Omnis subverso procumbit pondere molis.
Insequitur que gravi tectorum strage ruina.
Talia dicenti magna admiratio plebis
Inmensum stupuit quo transcenderat alte mnis
Doctrinam veterum. xpo concessa potestas.
Denique linquentem celsi fastigia montis.
Stipabat gaudens populorum turba sequentum.
Ecce sed horrenda confixus viscera tabe.
Quem toto obsessum fedavit corpore lepra
Procubuit venerans iuvenis. xpmque precator.
Ut careat tandem languoris pondere tanti.
Sufficit & voluisse tuum. tum dextera xpi
At tactu solo purgavit livida membra
Incolomique dehinc celare gaudia iussit
Et legi parens offerri munera templo.
Inde rece- domum. supplex se provoluit offert k
Centurio. & precibus proiectus talibus orat.
Inpubis puer cruciatur spiritus eger.
Cuius cuncta repens menbrorum munia languor
Dissolvit. vitam que lenet iam poena superstes
Sed iussu miserere precor. nam tecta subire
Crimina nostra vetant. tu te lucisque parentem
Nunc verbo satis est iubeat remeare salutem.
Subiectos mihi se pouiros. sic nra potestas
Officiis verbo iussis parere coegit.
Dixerat. ille viri motus precibusque fideque
Talia conversus populo dat dicta sequenti
Haudum quam talem memini me gentis avite amiq.
Iuvenis se fidem. salvoris dicite dicens.
Quod multos homines diversis partibus orbis
Progenitos. celi regnum sublime vocabit
Cum patribus nris vitali accumbere mense
Progenies quorum cecis demersa tenebris
Dentibus horrendum stridens fletumque frequentans
Perpetuis poenam cruciatibus acta subibit
At tibi iam iuvenis mentis virtute fidelis

Ut credis ueni& fructus cumluce salutis.
Dixerat. & dicto citius cum uoce loquentis
Adpuerum celeris transcurrunt. munera uerbi.
Ingressusque domum miles properante recursu.
Preuenis sedi lect& laetur donec medentis.
Aedes inde p&ri secretus penetra cbeat ihs.
Cuius anhelae socrus aestu febrique iacebat.
Utque illi dexteram tetigit saluator ihs.
Sanae ministerium prebebat femina mensis,

## C. UETTI IUUENCI UC PRESBITERI LIBER PRIMUS EXPLI INCIPIT SECUND

Iamque dies prono decedens lumine pontum
Inciderat. furuamque [nigram] super nox ceru la pallam.
Sidereis pictam flammis per inane trahebat.
Cummultos hominis [mentes] languore ruentes.
Deuinctosque animam. scelerata demonis arte
Certantes [tim] populi certatim nocte ferebant.
Sed uerbum xpi. tanto languore remoto.
Omnibus indulgens prebeat [b] munera patris
Ecce sed exorta maior cum luce [ferat] tumultus
Gratantis populi cum turbis. anxius ille.
Inmare uel iuolam celsam deducere iussit
Discipulis pum pim. precibus. tum scriba profusis
Nauigio separiter poscebat abire.
Olli xps ait. quo [ubi] me tu scribe sequeris.
Uulpibus insaltu rupes excisa latebram
Preb&. etaeriis auibus dat silua quietem
Ast hominis nato nullis succedere tectis
Est licitum. gentis sic est intentio uestrae.
Tunc e discipulis unus sic ore rogabat.
Ultima defuncto debentur munera patri.
Sed patium tribuat tua nobis sce uoluntas.
Ut liceat miseri genitoris condere corpus
xps ad haec. iter melius commitabere nostrum.
Et sine defunctis defunctos condere terrae
k Conscendunt nauem uentoque inflatu [a] tumescunt
Uela suo. fluctuque uolat stridente carina
Post quam altum tenuit puppis. consurgere miris
Pontus & inmensis hinc inde tumescere uentis
Cepit &ad caelum rabidos sustollere montes.

Et nunc mole ferit puppim. nunc turbine proram.
Inlisosque super laterum tabulata receptant
Fluctus. disiectoque aperitur terra profundo.
Interea inpuppi somnum carpebat iesus.
Illum discipuli pariter nauteque pauentes
Euigilare rogant. pontique pericula monstrant.
Ille dehinc. quam nulla subest fiducia uobis.
Infidos animos timor inruit. inde procellis
Imperat & placidam sternit super equora pacem.
Illi inter se se timidis miracula miscent
Conloquiis. que tanta fi& permissa potestas.
Quodue sit imperium. cui sic fr&a concita uentis.
Er&cteque minis submittant colla procelle.
Iam gerasenorum steterat sublittore puppis. k
Ecce sed egresso iuuenis mirabile dictu
Occurrit. miseram cui mentem sps ater
Inmunda implebat lacerans uirtute furoris.
Illi grata domus t&ris habitare sepulchris.
N& poterat rabidum quisquam r&inere furorem
Fortia quin &iam rumpebat uincula ferri.
Scindebatque graues ut lanea fila catenas.
Etiam conpedibus leuis insultare solutis
Ludus erat. saxisque ferum concidere p&tus.
Isque ubi pergentem xpm per littora uidit
Cum clamore ruit. longeque adcurrit adorans.
Regnantis semper dni certissima prolis.
Oramus ne nos solite regionis aboris
Excutias longe tormentis excruciator.
Nam nomen legio est nobis multosque sub uno
Nomine consotiat flatus uis sola nocendi.
Cernis ut inmundi subigant h&c pascua porci. quomet
His saltim liceat rabiem satiare repulsam.
Per patris alti throni nomen sublime rogamus.
Imperat hominis mentem dimittere xps.
Porcorumque sinit gregibus finire furores.
Iamque hominis stupidum discusso demone p&tus
Insperata sue uenerantur dona salutis.
Tum pr&cipites scopulorum margine porci
In mare deiecti properant disperdere uitas.
At uero e speculis miracula tanta pauentes
k Diffugiunt urbisque ruunt adtecta subulci
Et famam incendunt. populosque adlitora cogunt

hs pgrediens uide nam oculis tueri licebit
Insanum uero iuuenem postquam resepisse.
Credere cernentum populorum turba coacta est.
Orabant pauidi regionem linquer& illam;
Inde domum repedat terrarum lumen ihs.
Ecce reuertenti iuuenis torpentia menbra.
Officium quorum morbus dissoluerat acer.
Ante pedes xpi l&to posuere cubantem.
Quem miserans animo uerbis compellat ihs.
Adsit certa tuę iuuenis constantia menti.
Nam tibi p&ertitus uite donabitur error.
Hic dictum scribę mentis peroperta malignę.
Carpebant quod uerba di uirtute ferenda
Protulerat scs. sed p&ctora talia cernens.
Hoc inquid uerbum scribarum dicta r&ractant.
Quod quanto leuius fuerit dixisse sequentis.
Et dicti & facti pariter uirtute probabunt.
Et mihi concessum p&ccata remittere cernent.
Quapropter iuuenis firmato corporis usu.
Surge uigens. stratumque tuum subt&ta reporta.
Surr&xit l&tumque humeris iam fortibus aptat.
Per medium que uigens populi mirantis abibat.
Tunc timor & laudes dni per p&ctora plebis
Concelebrata simul miracula l&a frequentant.
Progrediens tunc inde ad u&tigalia uidit
Consessu in medio matheum. protinus ergo
Discipulis herere iub&. nihil ille r&cusans.
Imperio xpi par& gaud&que s&cutus.
Inde iter ingrediens. simili sermone philipum
Hortatur comitemque suis adsciuit amicis.
Ille ubi cognouit xpi uires que uiam que.
Ut primum iusto concurrit nathaheli
En nostris inquit concessum surgere s&clis.
Quem uoces u&erum & sci cecinere proph&e.
Hunc genuit ueniens dauidis origine iosep.
Nazara cui felix patria est. & nomen ihs.
Ille refert genuit quicquam si nazara miror
Quod dignum tantis umquam uirtutibus ess&.
Inde philipus ait cernens. dubitare quiesces
hs Illum ubi tendentem longe resp&xit ihs.
Uir uenit huc iustus cui p&ctora nescia falsi
Uirtutē puram seruant sine fraude malignē.
Ille sub h&c ubinam uel quo me tempore nosti

Cunctis dicta h&c diuino p&tore promit.
Cum te difuse tegerent umbracula ficus.
Ante &iam quam te uocitarent uerba philipi.
Uidit & elegit comtiente sps auctor.
Talibus attoniti sequitur uox nathanaelis.
Progenies ueneranda di r&x inclite gentis.
Tu populis terraeque seclis uitaeque magister.
Xps ad haec facilis successit tibi credere uirtus.
Arborea quod te uidi recumbere subumbra.
Sed maiora dehinc rerum miracula restant.
Cernetis pariter totum se scindere caelum.
Atque di celeres aetheriam penetrare ministros.
Inde hominis nato claram deferre coronam.
Interea thalamis conubia festa parabant. K
In regione chanan ubi clari mater iesu.
Nato cum pariter conuiuia concelebrabat.
Uina sed interea conuiuis deficiebant.
Tum mater xpm per talia dicta precatur.
Cernis laet&ciae iam defecisse liquorem.
Adsint nate bonis & te data munera mensis.
Olli respondit terrarum gloria xps.
Festinas genetrix nondum me talia cogit
Aduectus hominum tempus concedere donec.
Mensarum inde uocat l&ata ministros
Mater & imperiis nati parere iubebat.
S& illic fuerant sexis praepulchra cauatis
Uascula quae ternis caperent ilia metris.
Haec iub& e fontis gremio conplere ministros.
Praeceptis parent iuuenes undasque coronant.
Conpletis labris lapidum dum spuma perorat.
Conmixtas undis auras ad summa uolutat.
Hinc iub& ut summo tradant gustanda ministro. magistro
Ille ubi percepit ueneranda dona saporis.
Nescius inuini gratum transisse liquorem.
Egregias nuper pueris defontibus undas.
Increpat ignarum sponsum quod pulchra reseruans
Deteriora prius per mensas uina dedisse&.
His signis digne credentum discipulorum.
Perpetuam stabili firmauit robore mentem.
Inde ubi iudeis ad erant sollemnia paschae.
Adsolimos dir&xit iter temploque subibat.
Repperit hic populum uenalia multa locantem.

pars uendebat oues. pars corpora magna iuuencum. +
Restibus hic xps. contexit uerbera flagri.
Et tales populos sca proturbat ab aede.
Et mensas uertens. aeris profundit aceruos.
Et super increpitans procul h&c auferte profani.
Ut meus hic genitor non sordida lucra colatur.
Tunc poscens signum plebes iudea fremebat.
Quo fides animos in talia facta leuar&.
Uentura obscuris tum xps talia misc&.
Soluite pollutis manibus uenerabile templum.
hoc ego restituam cum tertia lumina solis
Incipient. rutilam terris infundere lucem.
Illi inter se se tractantes murmure caeco.
hoc aiunt. uix sex & quadraginta per annos
Constructum u&eris regni molimine templum.
Tu poteris tribus in spatiis renouare dierum.
hoc uerbum quondam post tempora debita digni
Cognouere uiri proprio de corpore xpm.
Delubrum dixisse di. sed signa uidentes.
Tum multi cepere fidem. semque s&uti.
Nocte sub obscura celso sublatus honore.
primorum procerum iudei nominis unus
Uenit. & ad xpm submissa uoce profatur.
haut dubium quod larga di te sce uoluntas
humanis lucem concessit surgere rebus.
N&c quisquam tantis tribuit miracula signis.
Ni comitata di iubeat splendescere uirtus.
Xps ad h&c iteris iusti si culmina queris.
Nullus ad &celsum poterit conscendere regnum
Redditam pene tr& nascendi exordia rursus.
Atque nouam capiat diuino munere uitam.
Ille autem tantis stupefactus corda loquellis.
hoc inquid nostre non est conprehendere mentis
Quis poterit coepte reuocare exordia uite.
Aut rursus senior matris correpere in aluum.
Ut nouus in lucem ueniat. uitamque resumat.
Ille sub h&c liquido si quis de fonte renatus.
Et flatu sco rudibus consistere menbris
Ceperit. &hriam liber conscend& in aulam.
Terrenum corpus terreno corpore natum est.
Sps aequaliter similem generat sibi flatum
Sps hic ds est cui parent omnia mundi

+ pecus inhians nummis arte numerare uacabat. ÷

hic ubi uult quocumque uolat uocemque per auras
Iactat· sed nescis que sint exordia uocis·
Quamque p&ant eius currentia flam̄mina partē
Quisque igitur iuste rep&it primordia uite·
hunc similem sci flatus reuiuiscere certum est·
Et iudeus ad h&c nihil horum cernere possum·
Talia tum xp̄s solimorum magne magister·
Israelitarum sublimis gloria gentis·
Tunc &iam mentem uite de lumine raptam
Demergis preceps· furuis miseranda tenebris· nigris
N& potes obtunso conprehendere caelica sensu·
Ecce fides nulla est· tantum terrestria dixi·
Quid si caelestes uires conscendere sermo
Coeperit· & superas celestes rerum conprehendere formas·
Quis tum duram poterit mihi pandere mentem·
Accipite ergo nouis quesit sententia rebus·
Sidereum nullus poterit conscendere caelum
Ni solus celi qui missus uenit ab aula·
Idem hominis natus· a caeli qui in sede moratur·
Ut serpens olim regionibus inque desertis
Mosei manibus summo sublectus honore est·
Sic hominis natum tolli in sublime necesse est·
Ut quicumque fide mentis poenetralibus actis
Illius ad numen statuit· sub turbine secli·
Procul a pedibus l&um & trans sidera surgens
Sublimis capiat donum inuiolabile uitae·
Namque ds mundum tanto dilexit amore
Eius ut in terras de ascender& unica proles·
Credentes dno uitae iunctura perenni·
N& ds hunc natum disquirere iure seuero
Iudicio ue truci terras expendere misit·
Mitia sed populis ueniam ut munera uitae·
Namque ubi certa fides fuerat conpl&a salutem
Non erat ulla illic anceps agitatio iuris·
Ast ubi dona procul fuerint exclusa medelle·
Iam propria ipsorum mentem damnatio torquet·
Unica nam dni fuit his incognita proles·
Aduentum lucis miseri fugere superbi·
Et nigris amplexi caecas tenuere latebras·
Sic quicumque malis mentem maculauerit actis
Ad tenebras pauidus refugit ne lumine claro
Sordida polluto pateant contagia mentis·

Atquicumque pie tenuit uestigia uitae.
Ad medium properat lucemque nitescere gaudet.
Splendeat ut claris uirtutis gloria factis.
Inde galileam repetit seruator iesus.
Preteriens sed forte (i. casu) uenit samaritida sychen. (i. ciuitatem sychar)
Illic fundus (praedium) erat iacobi nomine pollens. (splendens)
Et puteus gelido demersus in abdita fonte.
Sederat hic rabido seruator · conhelis in aestu.
Discipulique escas mercantes moenibus urbis.
Passim dispersi solum liquere magistrum.
Moenibus egrediens samaritis femina uenit.
Hauritura cauis putei pene tralibus undas.
Illam deposcit potum sibi tradere xps.
Respondens mulier mirum mihi precipis inquit.
Ut tibi iudeo mulier samaritida potum.
Dispernens ueterum samaritum iussa ministrem.
Tum seruator ait. domini si munera nosses.
Et quis te sitiens pure alia pocula poscat.
Tu potius precibus uiuam tibi tradere undam.
Illa sub haec. puteus gremium sinuatur in altum.
Urceus est nullus. nec sunt tibi uincula funis.
Unde igitur poteris undam mihi tradere uiuam.
Num tu maior eris nostri uirtute parentis.
Hunc iacob et enim puteum cum prole bibebat.
Et proprios huc sepe greges ad pocula duxit.
Olli respondit mundi regnator iesus.
Ex ista pleno nullus satiabitur unda.
Nam rursus sitiet. sed nostri dona liquoris
Ardorem (sitim) excludent · aeterna in secla bibendi.
Dulcia prouenient nostri cui pocula fontis.
Largior indeflait uitalis gratia fluctus.
Sed desiderium nostre site capit unde.
Excitus ueniat tecum mox urbe maritus.
Coniugio sese mulier negat essere uinctam.
Tum sic prosequitur mentis perspector iesus.
Femina uera dicis loqueris de coniuge uerbis.
Nam tu conubiis nexisti iam quinque uirorum.
Nunc aliena super thalamorum uincula tollis.
Tum mulier. scimus te certum est esse prophetam.
Sed nostri istius uenerandum montis in arce
Praeceptum nobis quondam liquere parentes.
At uos in solimis orandum dicitis oris.

Talia dicenti mox talia reddidit iesus.
Incedet tempus montis cum uertice uestri.
Omnibus & solimis cedent ueneratio longe.
Sed nunc certa scelus iudaeis surgit ab oris.
Et nunc instantis cursus iam temporis urguet.
Cum uerum rerum genitorem errore remoto
Cultores iustis carmina legibus orent.
Sps his ac plena fides erit & pater altus
Talia conquiret cultorum pectora terris.
Illa dehinc scimus quod xps nuntius orbi
Aduentu proprio uitalia saecla pande[...]
Et tunc praeceptum largus miserator [...] iesus.
Se lumen terris xpm uenisse fatetur [...]
Et iam discipuli reduces stupuere [...] magistrum.
Quod secreta illius potiretur femina uer[...]bis.
At properans urnam mulier pro fonte reliquit.
Et populum totis eduxit moenibus urbis.
Omnia nam memorat sibimet sermone prophetae
Gesserat ipsa prius quaecumque ex ordine dicta.
Tum propere xpm fusae petiere cateruae.
Discipuli interea rogitabant sumeret escas.
Illescetis sibi pulchrorum super esse ciborum.
Respondit sectum mirantum discipulorum
Inter se occultis currebat sermo loquellis.
Forte aliquis prior hic epulas dedit ante magistro.
Nostras ut merito satiatus respuat escas.
Ille sed internae cernens molimina mentis.
Hae mihi sunt epulae pectus satiabitur istud.
Si faciam magni genitoris iussa per orbem.
Quatuor hinc menses laete ad primordia messis.
Frugiferae aestatis certe super esse putatis.
Erigite ergo oculos albentes cernite campos.
Cunctaque maturam iam rura exposcere messem.
Nunc quicumque metet pulchra mercede laboris.
Uitalique dehinc gaudebit fruge redundans.
Et sator accipiet messorum gaudia laetus.
Uos ego nunc misi grandem succidere messem.
Quae non est uestro sulcis inserta labore.
Uos aliena bonae ditabunt munera frugis.
Talibus alloquiis comitum dum pectora complet.
Ecce samaritum populi uenere rogantes.
Exorantque illic geminos expendere soles.

Iamque fides multos plebis fundauerat alta.
Nec iam femineis tantum concredere uerbis.
Ipsos sed coram uirtus manifesta docebat.
Uenis& seculi quodiam seruator iesus.
K Iamque galileam remeauerat inregionem.
quondam ubi fontanas uino mutauerat undas.
Regius hic iuuenis cuinatum morbus anhelo
Ardore extremis uite torrebat moris.
Conperit ut xpm certo remeassere cursu
Aduolat & praecibus sobolis pro sorte profusis
Orabat [illegible] celeris deposcens dona salutis.
Nepri[illegible]us ad l&um natus trahe r&ur acerbum.
Xps adhaec [illegible] signis nisi uideat omnia uirtus.
Non erit ulla [illegible] fides. sed perge & sospite uita
Aedibus inues[illegible]tris dulcem conplectere natum.
His uerbis fructum mox perceptura salutis.
Pulchra fides animum l&anti inpectore firmat.
Iamque iter ingresso properantibus obuia seruis
Nuntia fama uenit pueroque inluminis horas
Limine demortis subitam remeasse salutem.
Ille ubi cognouit certum concurrere tempus.
Scenantis xpi uerbis. seseque domumque
Mancipat. amplexus fidei uenerabile donum.
K Fortedies epulis multos sotiauerat una.
Publica conductis qui uectigalia lucris
Profersi rapiunt alieno nomine predam:
horum discipulis simul accipiebat iesus.
Ecce pharisaei occulto reprendere risu — reprehendebant
Quod legis doctor conuiuia talia mir&.
Ille sed inspiciens quid pectora seua tenerent.
Non inquit medicis opus est ubi fortia membra
Intemerata salus uegitat. uirtutis honore.
Aegris sed merito miserans adhibenda medella est.
Discite nunc saltim iubeant quid uerba proph&e.
Non ego sacra magis quam mitia pectora quero — sacrificia
Haud& enim iustos ueni ad directa uiantes
Sed reuocare malos peccantum limine gressus
Ecce sed enumero mirantum munera xpi
Unius iohannis querebat (interrogabat) discipulorum.
Cur ipsi legis ieiunia crebra tenerent
Nulla que sub xpo plebes ieiunia ferr&
Xps adhaec illi placido sic ore profatur

Quis sponsi laetis comitantur uota choreis.
Non praesente illo ieiunia tristia portant.
Iamque dies aderit cum sponsus turbine saeculi
E medio comitum rapi&ur. tristibus illi
Spondebunt animos lacrimis orrore ciborum.
Languida concipiant animis ieiunia flentes.
Quam stultum est rudibus ueteres subtexere pannos
Vestibus ut turpis peiar scissura patescat.
Aut utribus calidum tritis committere mustum.
Quis ruptis totum sequitur disperdere uinum.
Sed rudibus rectum est utribus spumantia musta
Condere. sic uinum conseruant fortia uasa.
Talia tractanti perculsus pectora luctu
Ecce sacerdotum princeps procumbit adorans.
Et sibi defunctam funus miserabile natam.
Inplorat lacrimans. certamque uenire salutem.
Defunctis &iam poscebat munera christi.
Haut mora consurgens graditur saluator iesus.
Progressi mulier sequitur uestigia seruans.
Quem languore grauibis sex labentibus annis
Carpebat fluxus macerans sine fine cruoris.
Viribus absumptis & tota corpore fessam.
Pectoris haec tacitam uoluebat credula mentem.
Archanae eamque fide iam certa tenebat.
Actitum fesso fuger& quod corpora tabes.
Extremam xpi possit si tangere uestem.
Hanc ubi per populum summi pendentia pepli
Filgema nutre pida tractauit. protinus ille
Et causas morbi & credentia pectora cernens.
Concessit celerem tecli cum uoce salutem.
Accipe quod meruit fidei constantia munus.
Et mox restricto riguerunt sanguine uenae.
Postquam peruentum est ubi funera uirginis ingens
Plangentis populi fremitus clangorque tubarum
Ultima supremae caelebrabant funera pompae.
Abscedant inquit tectis haec tristitiae uestris.
Nam que puella iac& placido demersa sopore.
Defunctam r&ur flentum quam nescia plebis.
Talia dicentem ridentum turba requirit.
Quod morte abreptam dixit dormire puellam.
Sed xps l&i uictor uitaeque repertor
Frigentis dextram dignatus prendere dextra

Surgere mox iussit miranda ad gaudia patris.
Inde reuertenti clamor se protinus offert
Cecorum pariter gressu labente duorum.
Ollis xps ait si credunt pectora uestra.
Nunc uirtute mea se reddet lumen ademptum.
Olli firmato se credere corde fatentur.
Tunc xps fatur credentes cernite lucem.
Nec cuiquam nostrum post haec dicite nomen.
Dixit. sed maior per gaudia tanta uidentum.
Ardor inexpletus famam per cuncta ferebat.
Offertur quedehinc iuuenis cui rapta sonore
Demonis incursu fuerat substantia uocis.
Ast ubi propulsus fugit de pectore demon.
Confestim sane redierunt munera linguae.
Talia mirantis populi stipante tumultu
Uallatur cernens sed milia tanta uirorum.
Ingemuit ruris dominus cui pascua laeta
Innumere tondent pecudes rectoris egentes.
Tunc ad discipulos depromit talia dicta.
Quamlibet segetes ruris per terga patescunt.
Sed rarus messor frugis superatur aceruo
Nunc superest dnm segetis deposcere tantae.
Ut sua rura uelit numero complere colentum.
Haec fatus populo ex omni delecta seorsum.
Fortia conglomerat bis seno pectora coetu.
Hos ubi delegit praeceptis talibus implet.
Deuitate iter quod gentis perfidiose
Et samaritanum fraudes uestigia calcant.
Pergite quo patrii pecoris custodia labat.
Pergentes uero similem mihi sumite mentem.
Ut uobis subigat uirtutes demonis atri.
Scā fides curam quepiam languoribus aptet.
Haec uires nulla uobis mercede dabuntur.
Et uos haut aliter gratuita inpendite dona.
Non auri uar gemmae dotet possessio mentem.
Nec uos nummorum subigat scelerata cupido.
Non geminas uestes nec plantis tegmina bina.
Uirtuti nudae cupiat seruire minister.
Ingressi muros urbis perquirite semper
Hospitio quorum pars sit succedere iustis.
Ingressique dehinc pacem sub tecta uocate.

Si tranquilla domus fuerit pax illa manebit.
Sin erit indignis habitantum moribus horrens.
Diffugi& uestrumque habitum pax uestra sequ&ur.
Exclud& quicumque feris uos limine tecti.
Auribus aut duris spern& uitalia uerba.
Excutite egressi domibus uestigia uestra.
Hereat iniuste ne uobis portio uitae.
Illos d&erior sodomorum poena manebit.
Supplicii sueni& mundo cumter minus omni.
Pergitis enut oues durorum praeda luporum.
Sed uos arguto serpentum corde uig&e.
Simplicitate tamen dulces superate columbis.
Nam sepe incumbit uobis iniuria preceps.
Conciliisque hominum statuentur corpora uestra.
Uos flagris uinclisque feris durisque tyrannis al. catenis
Frendens urguebit pro me uiolentia saecli.
Cum uos prodiderint uerborum ponite curam.
Sponte fluens dabitur sermonis gratia uobis.
Sps in uobis pro uobis digna loqu&ur.
Prod& enim fratrem scelerata insania fratris.
Ad b&um quedabunt genitorum corpora nati.
Uos odia urguebunt semper pro nomine nostro.
Sed finem fidei comitatur gloria uitae.
Profugite ex tectis quae uos s&tabitur urbis.
Inde aliam mox inde aliam conquirite sedem.
Nam uobis urbes semper superesse necesse est.
Israhelitarum quae dent sub nomine plebem.
Discipulus numquam transcendat celsa magistri
Culmina. nec dominum tempt& precellere seruus.
Discipulo satis est uires aequare magistro.
Uel domini similem uirtutem prendere seruo.
Pectoribus uestris semper timor omnis abesto.
Nam nudata suis promuntur cuncta latebris.
In tenebris tacite uobis quecumque iubentur.
Dicite preclaro nitidi sub lumine solis.
Auribus & uestris dicamque cumque susurrans.
Excelso in populos spargantur culmine tecti.
Dispicite illorum rabiem qui corpora uestra
Prosternent ferro. non est his ulla potestas
Uiuacem l&o pariter dimittere mente.
Illum sed potius cordis secreta pauescant.
Corporis est animae que simul cui cuncta potestas.

Passeribus precium nummi uix portio parua
Prouenit. non est tamen unum credere dignum.
Ni iussu domini laqueos incurrere nostros.
Quis dubitet sapiens dni sub pectore multis
Credere pertineat ~~pastore et~~ hominem pro milibus unum.
k Qui me confessus fuerit sub iudice terrae.
Hunc ego non aliter coram genitore fatebor.
Sic itidem coram genitore negabo negantem.
Non ego nunc pacem terris inmittere ueni.
Sed gladium. patrio dirimat qui pectore natum.
Et dulcem natam dirimat que pectore matris.
Siquis amore meo genitorem pluris habebit.
Vel matri sobolique meum post ponit amorem.
Sentiet horribilem nostrae de sede repulsam. repulsionē
k Contempnet quicumque animam pro nomine nro
Inueniet laetae florentem fruge salutis.
k Qui uos suscipiet me suscepisse benignis
Obsequiis. idem me progenitore supremo
Suscepisse sibi gaudebit perpete uita.
k Talia discipulis bis se cum iussa dedisset.
Iustus Iohannes tacitis de carceris umbris.
Sectantum e numero delectos talia dicta
Ad xpm portare iubet. uerumque referre.
Tune pius animis requies quam regia caeli
Pollicita est terris. nostro sub tempore fulgens.
Anne aliam super est post haec sperare salutem.
Talibus haec xps dictis mandata remittit.
Caecorum tenebre mutantur lumine lucis.
Debilium que uigent firmato robore membra.
Liuida discutitur squamosae corpore lepra.
Aetherie uocis penetrant surdas sonus aures.
Redditur amissae lux et post funera uita.
Ad corpus remeans animae iam libera iussus.
Pauperibusque suis non dedignata patescit
Fulgentis splendens ad uenturis gloria nri.
Ille beatus erit quem non deceperit error.
Talia discipuli referunt mandata magistro.
Hoc super ad populum depromit talia xps.
Cur in deserto uoluistis uisere nuper.
Si tamen harundinem uento librante moueri.
Cur etiam molli uestitum ueste uidere.
In domibus regum molli cum ueste tenentur.

Bl. 17